

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Klein von Hans Albrecht Schütz

**Meditationum Academicarum. Theoretico-Practicarum Exercitatio III. Ad Libr. I.
Digest. Tit. VI. VII & VIII.**

Rostochi[i]: Richelius, 1696

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn736215581>

Druck Freier  Zugang



RU jurist. 12.Dec.1696

Klein, Joh. /d



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn736215581/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn736215581/phys_0002)

DFG

MEDITATIONUM ACADEMICARUM.

Theoretico - Practicarum

EXERCITATIO III.

AD LIBR. I. DI-
GEST. TIT. VI. VII & VIII.

Quam

Summi Numinis Gratiâ Favente,

PRÆSIDE

DN. JOHANNE 
J. U. D. & Pandectarum Prof. Publ. nec non Con-
sist. Mecklenb. h. t. Directore, Hodieque Decanô
spectabili,

DN. PATRONO ac PRÆCEPTORE SUO
ad cineres usqve colendô, deve-
nerandô,

IN AUDITORIO MAJORI.

Placido Eruditorum Examini

AD DIEM MENSIS 12. DECEMBER.

proponit

 HANS LÜBKE SCHÜTZ.

Megapolit. Güstrov.

LL. Studiosus.

Schütz

ROSTOCHI,

Typis JACOBI RICHELII, Ampl. Senat. Typogr.
Anno M. DC. XCVI.



VIRO

Nobilissimo, Amplissimo, & Consultissimo,
DOMINO

DN. JOH. ALBER-
TO SCHÜTZIO,

Consiliario Cameræ Ducatus Meklenburgici
Güstrov.
intimo,

PATRI SUO DULCISSIMO,

Omnisqve filii Reverentia Cultu ætatem
prosequeundo, hasce studiorum suorum pri-
mitias consecrare,

voluit ac debuit

RESPONDENS

Filius.

LIBRI I. TIT. VI.
DE
HIS, QVI SUI, VEL ALIENI JU-
RIS SUNT.

DISSERTATIO III.
Resp. Hans Al-
brecht Schüsse
Megapolit. Gü-
strov.

§. 1.

Personæ in *Statu Civili* spectatæ (z.) ratione Civitatis dividuntur in **Cives**, (quales Olim Romæ sivebant (a) Origine. L. 6. §. 1. Tit. 8. & 9. ff. *Ad Municipalem* (b) *Allectione*. (c) *Adoptione*. L. 7. C. *De In-* Cod. L. 4. colis & (d) *Manumissione*. §. fin. J. *de Libertinis* Hodie vel Nativitate Tit. 55. L. 5. ex Patre sc. Cive L. 1. & 6. ff. *Ad Municipal.* vel Receptione, quando pro- Tit. 27. L. 6. ducto documento se nulli subjectos & frugi homines esse, datâque certâ Tit. 1. L. 7. pecunia summa, cum præviâ juramenti Civici præstatione albo Civita. Tit. 15. L. 8. tis inscribuntur. Lauterb. *ad Tit. De S. H.* §. 19. & 20. inibiique all. Weh. Tit. 47. & 50. ner & Besold voc. *Blrger-Recht.*) & **Peregrinos**. Differentiam inter Dis. 54. Ex- Cives & Peregrinos jure Romano L. 17. ff. *De S.H.L.* 2. §. 28. ff. *De O.J.* L. 6. tm. L. 4. §. 2. & L. 1. C. *De Hered.* inst. observatam, Hodie quidem post Antonini Tit. 16. in 6to. Imperatoris Constitutionem, cuius mentio fit in L. 17. ff. *De S. H.* & Au- thenticam: *Omnes Peregrini. C. Comm. De Success.* in Imperio Romano non amplius obtainere, cessante jure Peregrinitatis seu Albinagii, docet quidem Lauterb. d. l. §. 21. Verum (1) ejus exceptionem esse in Gallis An- glis, Italis aliisque exteris Gentibus, hoc jure adhuc contra Germanos teste Christin. V. s. Dec. 228. hodie utentibus, indeque *retorsionis* juri in Imperio nostro obnoxii, argum. t. t. ff. *Quod quisq; jur.* Principibus il- lius territorii, Galli, allorumque inibi defunctorum bona sibi proprio jure vindicantibus, recte notat Stryk. in Tr. *De Success.* ab intest. Dis. 1. C. 4. §. 30. & Brunnem. ad d. Auth. in fin. (2) Nec ubiq; & qvoad omnes ef- fectus simpliciter cessare hodie jus Peregrinitatis satis docebit jus Lube- cense P. 2. T. 2. a. 4. inibiique Mev. n. 2. item P. 2. T. 6. art. 7. inibiique Mev. n. 4. seqq. & L. 4. T. 2. a. 5. inibiique Mev. n. 7. & L. 3. T. 6. a. 7. Gail. z. O. 19. n. 3. Sic in nonnullis locis Peregrini jus Civitatis ambi- entes, item in certum collegium recipi cupientes, plus cive illius loci ejusque Filio solvere coguntur.

§. 2. **Dividuntur** (3) Personæ in *Statu Civili* constitutæ rati-

G

one

one Familiæ, in illas, quæ sui juris, & quæ alieni juris sunt; L. 1.
pr. ff. b. t. & pr. ff. eod. Illæ dicuntur *Patres familias*, etiam *Infantes*; L. 195. §. 2. ff. De V. S. Brunnem. ad L. 4. ff. b. t. Hæ *Filiæ familias*, etiam *Uxorati* & aliorum *Patres* §. 3. f. De P. P. Qui sui juris sunt homines, iterum vel in tantum & secundum quid sc. ratione *Acquisitionis*, non *Administrationis*, tales sunt, e. g. *Pupilli* & *Minores*, de quibus infra suis locis dispiciemus; vel in totum, absolute & simpliciter tales, tam ratione *Administrationis*, quam *Acquisitionis*, e. g. *Majores* Parentibus orbati, nullòque defectu sensuum interiorum aut exteriorum impediti, nec Lege prohibiti. Dn. Stryk. Ad pr. J. De His qui sui vel alien.

§. 3. Qui alieni juris sunt, hi vel Dominicæ vel Patriæ protestati suppositi sunt. pr. J. De his, qui sui vel alien. De Dominicâ protestate olim asperrimâ §. 1. J. b. t. L. 1. ff. eod. (cujus exemplum recentisset Seneca L. 3. De Ira c. 40. & L. 3. De Beneficiis c. 23.) postea verò Constitutione Divi. Antonini meritò coarctatâ, §. 2. f. d. t. & ab Imperatore Justiniano juxta Constantini Imperatoris Constitutionem in L. Un. C. De Emend. Servor. ad modicam castigationem restrictâ d. §. 2. f. b. t. plura hîc monere non vacat, servitutis materiâ in foro hodiè parum causam orantibus profuturâ, Vid. §. pen. & ult. Tit. præced. Id tamen inihi notatis adjicientes, quod, quando hodiè Nobiles homines proprios impunè ad supplicia, rapiunt, id non faciant jure Dominii, sed vi jurisdictionis Criminalis ipsis in subditos cum praedium competentis, prævio Processu Ordinariò, super delicto Rustici legitimè instituendo, Reht. Diff. 4. Medit. Acad. Posit. 28. in fin. alias citra causam dolo malo occidentes hominem proprium adhuc hodie Legis Corneliae poenam subiuri. L. 23. §. 9. ff. Ad L. Aquil. L. 11. §. 2. ff. Ad L. Cornel. de Siecar. Item, quod Nobiles contra Leges Charitativas in homines proprios ultra modicæ castigationis limites non attentâ præviâ admonitione, scœvientes, Gail. 1. O. 17. n. 4. Jurisdictione suâ in illum hominem privari, Stamml. De Servit. Pers. L. 3. c. 35. n. 2. Husan. De Homin. Propri. c. 8. n. 22. Mynfinger. Cent. 5. O. 8. n. 5. Brunnem. ad L. 2. ff. b. t. & T. §. §. 2. f. b. t. vel Mandata de non offendendo contra ipsos decerni possint. Stryk. in Us. Mod. ad b. t. §. 1. & Mev. P. 4. Dec. 19. Ein Tr. Bon Zustand / und Abfederung der Bauren, c. 3. n. 78.

§. 4. Pa-

§. 4. Patria Potestas (qvæ ratione Originis juris naturalis, ratione Formæ verò, qvatenus novis qualitatibus & effectibus adaucta est, juris civilis recte dicitur. §. 2. f. de PP. inibique Stryk. Brunnem. ad L. 3. ff. b. t. & Pinellus in Rubr. De Bonis Maternis P. 2. n. 9. jung. Lauterb. b. t. §. 3. ubi & Synonima Patriæ potestatis videsis. §. 2.) constituitur tribus Modis (1) Justis Nuptiis, pr. f. De P. P. & L. 3. ff. b. t. & L. 6. eod. (2) Legitimatione, §. fin. f. De Nupt. (3) Adoptione pr. f. De Adopt. Ingratitudinem enim liberorum, qvam qvâ quartum hisce Eckholt. §. n. ff. b. t. malè superaddit modum, melius ad restitutionem potestatis jam constitutæ, cum Schwendend. ad Eckholt. d. l. referrimus.

§. 5. Justas qvod attinet Nuptias, tam certum est ex illis natos in Patris, qvem justæ nuptiae demonstrant & certum faciunt L. 5. ff. De i[n]jus voc. constitui potestate, ut (1) nil intersit an ha[ec] vere, an verò ex opinione vel utriusq[ue], vel alterutrius, c. ex tenore 14. X. Qui filii sunt legit. Stryk. Success. ab intes[ti]o. Diff. 1. c. 2. §. 51. saltem contrahentis justæ sint, ut hoc ultimo casu, ob favorem prolis, etiam unius bonâ fide sufficiente, d. c. 14. Lauterb. b. t. §. 8. liberi nihilominus, non quidem ipso jure, sed ex humanitate, & principiis benignæ iustitiae, ut loquitur Hahn. ad W. b. t. n. 2. legitimi sint. L. 57. ff. De R. N. inibique Brunnem. n. 5. jung. Trentacinque L. 3. Tit. De Matrim. Resol. 4. n. 14. & Sande T. 2. Tit. 1. Def. 8. & ad Parentis etiam in malâ fide constituti successionem admittantur. Vid. Sanchez. De Matrim. L. 8. Disp. 34. n. 46. Barbosa ad c. 2. cum inter X. Qvi fili. sunt legit. n. 9. & Stryk d. l. §. 51. (2) ut Māritus partum uxoris suæ, cum qvâ simul cohabitavit, constante matrimonio natum, regulariter pro suo agnoscere debeat; L. 6. ff. b. t. inibique Brunnem. Menoch. de A. f. Q. Cas. 399. L. 2. & De Presumpt. L. 6. Praef. 53. Trentacinq. L. 1. Tit. De Filiat. adeò, ut qvamvis Mater de adulterio convicta sit, L. 11. §. 9. ff. Ad L. Jul. De Adult. inibique Brunnem. Decian. Consil. 657. Alciatus De Presumpt. Reg. 3. Praef. 37. Busius ad L. 6. ff. b. t. ipsaq[ue] confiteatur L. 29. §. 1. ff. De Probat. inibique Brunnem. Alciat. d. l. n. 4. & Menoch. De A. f. Q. L. 2. Cas. 89. n. 27. & asserat juratò, Petr. Gregor. Tholosan. L. 48. c. 10. filium ex adulterio natum esse, Patri dissimillimum, ipsiusq[ue] adulteri faciem referentem, Gail. 2. O. 97. n. 10. tamen Matri, ceu propriam turpitudinem alleganti, nou si credendum, sed favore partus in dubio illa facienda præsumtio.

sumtio, quæ ipsi favorabilior est. Gail. d. l. 7. jung. Carpzov. Jprud. Eccl. L. 16. D. 26. Ubi plures hujus rei ampliationes & Limitationes videri possunt.

§. 6. Legitimatio, vulgò. Die Echtmachung, & quā liberi, qui statim, ut nati sunt, in Parentum potestate non existentes, postea in Patris potestatem rediguntur §. 13. J. De Nupt. triplex est. (1) Quæ sit per Subseqvens Matrimonium L. s. C. De natur. Lib. c. Tanta 6. X. Qui sit, sunt leg. (2) Per Oblationem Curiæ §. fin. f. d. t. §. 2. J. De hered. que ab int. L. 3. 4. C. De Natur. lib. Nov. 89. c. 2. & (3) Per Rescriptum Principis Nov. 89. c. 9. Nov. 74. c. 2. §. 1. Cujus omnis nullum in jure Pandectarum extare vestigium accuratè docet. Lauterbach. b. r. §. 15. ubi ad L. fin. ff. b. t. doctè respondet.

§. 7. Legitimatio per subseqvens matrimonium, est aetius quō liberi naturales i. e. ex concubinā nati (Spurii enim ceu ex coitu Legibus interdicto nati, deteriores erant liberis naturalibus, ceu ex coitu Legibus permisso, puta concubinatu. L. §. 1. ff. De Concubin. susceptis, proindeq; taliter non legitimabantur.) Consentientes (Licet n. inviti legitimari possint quoad Legitimitatem, i. e. ad tollendum vitium natalium, Covarruv. in Tr. De Matrim. P. 2. c. 8. §. 2. n. 15. Busius ad L. fin. ff. b. t. non tamen quoad Patriam potestatem, sc. ut in illâ constituantur inviti. Vid. omnino Brunnum. ad L. fin. b. t. n. 3.) Per matrimonium (Etiam in articulo mortis ab illo, qui, quod agitur, probè intelligit negotium, contractum, arg. L. 30. ff. de R. J. Mantica De Conject. ult. vol. L. n. c. 13. Stryk. De Success. ab intest. Disp. t. c. 2. §. 62. Gail. 2. O. 41. n. 8. Basil. de Ponte. Tr. De Matrim. L. n. intermedio cum aliâ interim uxore legitimâ contracto matrimonio nil quievquam obstante, Forster. De Success. L. 6. c. 23. n. 15. Strachius Disp. 4. tb. 9. Harprecht. pr. f. b. t. n. 273. junctis Strykio & Eckholto. b. r. §. 18. liberis etiam ex intermedio matrimonio superstibus. Bachov. ad Treutl. v. 2. Disp. 16. tb. 2. lit. A. Lauterb. b. t. §. 19.) fiunt legitimi. (Dotalibus vel Nuptialibus Nov. 74. pr. instrumentis licet non intervenientibus. Hac enim, cum legitimatio non à dotalibus instrumentis, sed à nuptiis dotalibus instrumentis probatis dependeat, Ludvell. ad §. 3. J. De Nupt. injisque Stryk. & De Success. ab intest. d. l. §. 62. neque

que ad essentiam, Stryk. d. l. & Bachov. ad Treutl. V. 2. Disp. 2. th. 6. Tit. F. neque ad absolutam probandi necessitatem, que etiam absq; documentis fieri potest L. 4. ff. De Pign. L. 4. ff. De Fid. instr. L. 12. C. De Probat. Vid. omnino Schwend. ad Eckholt. b. t. §. 16. sed ad facilio, rem saltem legitimationis probationem ex veriori requiri sententiā statuimus cum modo allegatis Ddbus, utpote, cum inde de affectu maritali quo solō Concubina ab Uxore distabat, L. 4. ff. De concubin. omnium optimē constare olim potuerit. Qvod Moribus Hodiernis eò minus dubia alit, quod certius, bisce hodie pactis opus non esse, Praxi Ecclesiastica & jure Canonico Sacerdotali Bonedictione introductā, nominibusq; nuptuentium Calendariis Ecclesiasticis Dehnen Kirchen-Büchern inscribindis, unde postea matrimonium sufficienter probabitur. Stryk. d. l. §. 63. & ad §. 13. f. D. Nupt. nec non in Us. Modern. b. t. §. 8. Wesenb. Cons. 44. n. 44. Carpz. Iprud. Eccles. L. 2. D. 142. n. 17. Hahn. b. t. n. 2. & Lauterb. eod. n. 20. Ubi in fine addit. Id tamen in non nullis more obtinuisse locū, ut liberi ejus etatis existentes, quā, quod agitur, recte intelligunt, Matri in publico copulationis actu adhærere eamq; ueste tenere teneantur, inde Mantel. Kinder vulgo appellari soliti.)

§. 8. Spurios olim legitimari non potuisse, dictum est est §. p̄ced. Moribus Hodiernis Concubinatu per Ref. Pol. de Ao. 1530. Tit. Von leichtfertiger Beywohnung/ & O. P. De Ao. 1577. eod. tit. in Imperio sublatō, sicque ex illo tempore differentiā inter Concubinam & Meretricem cessante, tantum abest per subseqvens hos matrimonium legitimari non posse, ut potius proprium sint legitimationis modernæ objectum. Hahn. b. t. n. 2. Eckholt. eod. n. 15. Lauterb. §. 26. tuibig; all. Schultz. & Stryk. in Us. Moderu. b. t. §. 7. Ubi idem etiam hodie in partu adulterino, (non obstante c. Tanta X. Qui fil. sunt legitim. & communi Ddrum Scholā, vid. Barbosa ad d. c. Guttierrez. L. 2. Pract. Qu. 105. n. 9. Basil. de Ponce De Matrim. L. II. c. 2. n. 4.) exqve conjugione Legibus humanis prohibitā nato, procedere afferit cum Besoldo. Cons. 55. seq. Confer. Speciale Consilium D. Hochman. & D. Heider, qvod reperire est ap. Besold. Discurs De Nupt. Qvibus & nos accedimus.

§. 9. De eo facile convenient Doctores: Ante Benedictionem Sacerdotalem conceptos, sed post illam natos, non esse legitimatos, sed legitimatos per L. II. C. De Natur. Liber. vulgo Praecoces, Germ. Die

Frühlinge / dictos. Eckholt. b. t. §. 21. Qvanquam illorum Parentes
poenæ anticipati concubitus, alibi : Das Vorspiel dicti , obnoxii sint
Carpz. Jpr. Eccl. L. 3. Def. 77. n. 10. Illud tamen notam meretur , &
illos, qui ante ~~iseglogiæ~~ interventum nati sunt , sponsò morte nuptias
consummare præventò , qvod Successionem civilem esse legitimos. arg.
L. 30. ff. de R. J. juncto pr. J. De P. P. Hahn. b. t. n. 2. p. 177. Stryk.
De Success. ab intest. Disp. 1. c. 2. §. 49. seq. Richter. De Success. ab in-
test. Sect. 1. Membr. 3. n. 10. Carpzov. P. 3. C. 14. D. 12.

§. 10. Effectus hujus legitimationis iidem esse noscuntur,
qui iustarum ab initio nuptiarum. Cum enim subsequens matrimonium
per fictionem non juris, sed Jutorum, Vid. Bachov. ad §. 13. J. De Nupt.
& ad Treutl. V. D. 1. tb. 7. Lib. B. Stryk. in Uf. Mod. ad b. t. §. 11. cum
inibig citatis , retrotrahatur ad tempus nativitatis , perqve illud omne
vitium naturalitatis purgetur , gaudebunt naturales Legitimorum sorte.
c. Tanta. X. Qui fil. sunt legit. Hinc. (1) In Statutis veniunt appellatione
Der Ehrlich gebohrnen Kinder. Carpz. P. 2. D. 236. n. 12. Richter P. 2.
Dec. 80. n. 17. Mev. P. 3. D. 87. quibus & citra falsi crimen, fictione Jtorum,
qva tempus matrimonii ad nativitatis momentum retrotrahit, pro
veritate accipiendà, Litera testimoniales vulgo : Gebuhrts-Briefes/
qvod ex legitimo thoro & honestis Parentibus nati sint, das sie aus ei-
nen Rechten und Echten Ehebett gezeuge / und ihre Eltern zu Kir-
chen und Straßen gegangen / conceduntur, Carpz. P. 2. C. 6. D. 15. Ber-
lich, P. 2. Concl. 39. n. 18. Richter. P. 1. Dec. 80. n. 15. Lauterb. b. t. §. 25. &
Stryk. in Uf. Mod. b. t. §. 9. inde à Collegiis Opificum nequaquam exclu-
dendis. Carpz. d. l. C. 6. D. 12. Gail. 1. O. 141. n. 2. & Richter. d. l. (2) Patris
consequuntur Dignitatem, Schurff. Cent. 1. Consil. l. n. 17. Stephan. De
juri s. L. 1. pag. 1. c. 5. membr. 1. n. 70. insignibus Gentilitiis ac Paternis, si-
quidem ab Illustribus Parentibus legitimati fuerint, rectè utentes, Hop-
ping. De Jure Insign. t. 7. n. 161. Tiraqvel. De Nobilit. c. 15. n. 21. Bocer.
De Regal. c. 2. n. 29. seq. Myller. Gamal. Princip. c. 24. §. 2. Stryk. in Uf.
Mod. b. t. §. 9. § in Tract. De Success. ab int. Disp. 1. c. 2. n. 60. Moribusq;
Hodiernis (De jure enim Feudali id utique dubium videtur per textum
2. F. 26. §. Naturales, Fictione juris Civilis forsitan in jure Feudali locum
haud inveniente, Bitsch. in Comm. Feud. ad b. t. Lauterb. b. t. §. 27. Carpz.
Synops. Feud. Disp. 5. tb. 34. Bachov. ad Treutl. b. t. tb. 6. Lit. F. Hahn. b. t.

n. 2.

n. 2. ad verb. Per. subsequens &c.) non in bona duntaxat *allodialia*, etiam cum antea natis legitimis libris Patri legitimanti, omnibusque Ascendentibus L. 10. C. De Lib. Nat. Nov. 89. c. 8. Nov. 12. c. 4. & Agnatis d. Nov. 89. c. 8. in pr. sed & feudalia successuri. Schrader. De Feud. P. 7. v. 6. n. 21. Rosenthal. De Feud. c. 7. Concl. 18. n. 1. Gail. 2. O. 41. Mynsing. Cent. 5. O. 42. Stryk. in Us. Mod. b. t. §. 9. & De Success. ab intest. Diff. 1. c. 3. §. 27. nec non in Exam. J. Feud. c. 9. qv. l. 38.

§. 11. Secundus Legitimandi modus fiebat olim Per Curiæ Oblationem, Patre filium naturalem Decurionatus Muneri satis quidem honorifico, sed & admodum oneroso, Hahn. b. t. n. 2. ad verb. Aut per oblationem &c. Bachov. & Ddres communiter ad §. fin. f. De Nupt. vel filio semetipsum offerente, Lib. 3. C. De Natur. lib. Nov. 74. & 89. c. 2. vel filiam Decurioni elocante. d. L. 3. in fin. C. De Natur lib. Moribus Hodiernis cessantibus Decurionibus, mutataqve Reip. facie, omnium consensu cessat & hic legitimandi modus. Gudelin. De Jur. Noviss. L. 1. c. 16. in fin. Stryk. in Us. Mod. b. t. §. 19. Ubi subjicit (1) Principe spurium scienter Senatorem constituentem, tacite videri eundem legitimasse, in Senatorum sortem non nisi integris natalibus editis admittendis, quod secus esse monet ad §. 13. f. De Nupt. in Magistratu spurium Senatorem eligente, ceu jure legitimandi destitutum. (2) Exemnam extra matrimonium susceptam, viro licet honesto & inDignitate constituto postea nubentem, inde neutiquam legitimari, cum quamvis nuptiis maritalis dignitas Lege Uxori communicetur L. 13. C. De Dignit. L. 8. ff. De Senator. nullib[us] tamen caveatur, personæ, vitio natalium laboranti, per matrimonium consuli.

§. 12. Ultimus Legitimandi modus contingit Per Rescriptum Principis, & est actus, qvô Imperator (immediatè, vel mediare per Comites Palatinos. Mund. à Rodach. singulari Tr. De Com. Palatin. c. 3. Klock. in Collectan. Consil. Tom. 3. Conf. 143. Gail. 2. O. 142.) imploratus (vel à Patre, vel ipso Mortuo, à liberis naturalibus, Patris testamentum, qvô in naturales legitimos sibi heredes esse voluerat, Principi offerentibus. Nov. 74. c. 2. & Nov. 89.) Publico diplomate vel Rescripto (vulgò Legitimations-Brief) naturales facit legitimos. d. Nov. 74. c. 1. §. 2. & Nov. 89. Autb. Præterea, C. De Lib. Naturak.

§. 13. Quia

§. 13. Qvia hic modus Legitimandi *subsidiarius* erat, Non erat eidem locus, nisi (1) deficientibus Legitimis liberis. Nov. 89. c. 9. Qvod Hodiè securus se habet, ubi & existentibus legitimis, tamen spuri legimitantur, modò illis in legitimā non præjudicetur. Stryk. in *Usu Mod. ad h. t.* §. 16. ubi tamen monet, h.e. Patrem, in suplici libello exprimere oportere, se legitimos habere liberos, ceteroquin huic Rescripto exceptionem sub & obreptionis obstitutam esse. Gail. 2. O. 142. n. 7. (2) Nisi Ipse Pater libellum Imperatori obtulisset vel filius ex ejus dispositio-ne. d. Nov. Moribus Hodiernis spuri sèpè ipsi, Patre vel ignorante vel mortuò citra ejus etiam dispositionem legitimationem à Principe pe-tunt, q.c. tamen hæc legitimatio non tribuit effectum *Successionis & Fa-miliae* in præjudicium Patris aut Agnatorum, sed id solum operatur, ne taliter legitimato defectus natalium opponi, ipseqve à Collegiis Opificium & Dignitatibus arceri possit. Stryk. d. l. §. 18. & in *Tr. De Suc-cess. ab int. Diff. 1. c. 2. §. 76.* Carpz. P. 2. C. 6. Def. ult. n. 3. Richter. Ad *Auth. Præterea. G. De Natur. lib. n. 16.* (3) Nisi Pater commodè concubinam ducere non qviverit. dd. Nov. Qvod itidem Hodiè mu-tatum esse docet Stryk. d. l. §. 17. Ubi etiam addit §. 15. Hodiè etiam Spu-rios, Adulterinos & ex allâ illegitimâ conjugione natos per Rescriptum legitimari posse. jung. Schweder. in *J. jur. Pub. Part. Special. Sectt. 1.* §. 16. c. 10. Besold. P. 5. *Consil. 199. n. 13.* & Lauterb. h. t. §. 32. Id bi-nis addimus: Hodiè non solum Imperatorem, sed & Imperii Principes atqve Status vi Superioritatis Territorialis hoc jure legitimandi gaudere, ultra territorium vites suas non extensurò. Rhetz, in *Inst. Jur. Publ. L.* 2. T. 9. §. 11. Myller. ab Erenbach. *De Princip. & Statib. Imper.* c. 54. §. 1. Limn. *De J. Pub. L.* 4. c. 9. n. 142. & Knipisch. *De Civ. Imp.* L. 2. c. 4. n. 100. jung. Stryk. d. l. §. 14.

§. 14. Effectus hujus Legimationis inferiores sunt illâ, qvæ sit per subseqvens matrimonium. Neqve (1) Per Rescriptum legitimi-mati succedunt in feudum. 2. F. 26. §. *Naturales.* Stryk. *De Success. ab intest. Diff. 1. c. 3. §. 29.* Nisi in specie (*Generalia enim legitimatio ad successionem, non sufficit ad feudalem successionem Vid. Jacob. Otto Tr. De Legitim. Hypotypes. 16. p. m. 91.*) ad feudi successionem legitima-ti, Gall. 2. O. 140. n. 9. Stryk. Exam. J. F. c. 9. q. 39. & is, qvi legitimat, simul sit feudi Dominus, in cuius ceteroquin præjudicium Princeps aliqueni

aliquem legitimasse non præsumitur; Struv. *S. J. F. c. 9. tb. 3. n. 8.*
 Fachin. *L. 7. Conirov. 49.* vel Dominus in legitimationem consenserit.
 Schrader. *De Feud. P. 7. c. 5. n. 23.* inque feudo antiquo etiam Agnati,
 Struv. *d. l. tb. 3. n. 9.* Ludwel. *De Success. Feud. c. 2. p. 165.* Stryk. *d. l.*
 Neque (2) cum Legitimis liberis & Agnatis ad allodialem promiscue ad-
 mittuntur successionem, sed quoad illos dist. An ante existentiam le-
 gitimorum naturales vivò & volente Patre sint legitimati: Et h. e. cum
 Legitimis pari sorte censentur, nec hos exclusuri, nec ab iisdem exclu-
 dendi *Nov. 74. §. 89.* Gail. *2. O. 142. n. 5.* Bachov. *ad Treutl. V. 2. D. 16.*
tb. 2. Lit. E. An verò illis, jam præexistentibus legitimati sint; q. c. à Legi-
 timis excluduntur. *Nov. 89. c. 11. §. 1.* Stryk. *De Success. ab intest. Diff. 1.*
c. 2. §. 72. (Ubi utriusque videsis rationem) Nisi Princeps Patre in libello
 justorum Liberorum mentionem faciente, hoc casu ex plenitudine pote-
 statis exprestè & cum clausula: *Non obstante sc. legitimā prole,* eosdem
 legitimaverit. Stryk. *d. l.* Ubi in fine addit: Comites Palatinos ita regula-
 riter legitimare non posse, cum horum potestas non sit juri derogare, nisi
 quatenus hoc exprestè Imperator indulxit. Confer. *Jd. in Not. ad §. 13. J.*
De Nupt. Quoad Agnatos itidem dist. An Vivò Patre legitimantur; Et
 h. c. Agnatos excludunt: An verò ipso mortuō; Et h. c. ab Agnatis ex-
 cluduntur, nisi ex Patris dispositione ultimā sint legitimati. *Nov. 74. c. 2.*
 Stryk. *d. l. §. 75.* inibi que all. Ddres.

§. 15 Tertius P. P. constituendi modus est Adoptio; De
 quā subseqvo Titulo pluribus. Hic interim notantes: Effectus P. P. in
 iure recenseri varios, eosque nec Moribus Hodieñis omnes, aliqui-
 bus licet cessantibus, in foro ex veriori sententiā in viridi observantia esse
 desississe: Simon van Leeuwen. *Censur. Forens L. 1. c. 9. n. 1.* Philipp. Pascal.
Tr. De Virib. P. P. Stryk. in Iusu Mod. b. t. §. 3. inibig. cit. Dn. Ab Andler.
in Jurispr. L. 1. Tit. 6. P. 2. n. 5. seq. & Petr. Ærod. Diff. De Jur. Patr. post
Pandect. rer. Judicat. (1) Enim certum est ad contrahendum matrimonium Hodie non minus, quam olim Patris requiri consensum, illumque
 regulariter Matris dissensiū præferri. Carpzov. *Jurispr. Eccl. L. 2. Def. 44.*
n. 16. Stryk. *in not. ad J. ad pr. De Nupt.* Cypræus *De Sponsal. c. 6. §. 8.*
 quanquam hæc necessitas requirendi consensum Parentum moribus no-
 stri etiam ad Emancipatos liberos extendatur. Carpz. *d. l. Def. 49. n. 6. seq.*
 Gerhard. *De Conjug. §. 93. p. 167.* (2) Non minus certum est, Patri, &c non

H

Matri

Matri Hodiè usumfructum bonorum filii adventitiorum competere, Carpz. P. 2. C. 10. D. 7. & 13. etiam si aliunde alimenta habeant, ex pane Patris non viventes. *Jd. d. Def. 7.* (3) Sic ex justis nuptiis nati & Hodiè juxta L. 19. ff. b. *Tit. pr. Et. Patris & non Matri conditionem seqvuntur.* Stryk. in *Us. Mod. ad b. t. S. 8.* Ubi addit: Inde libros *naturales* Illustrium Personarum rectè à Patris Dignitate, Familiâ & Insignibus excludi, Tiraqv. *De Nobilit. c. 15. n. 20.* Höpingk. D. *Jur. Insign. c. 7. n. 106.* & Palæot. *De Notb. & Spur. c. 61.* Myller. *Gamol. Princip. Imper. c. 23.* ne quidem pro Nobilibus aestimandos. Stryk. d. l. (4) Sic cessante asperimo vita & necis in Liberos jure, de quo vid. Liv. *Hist. L. 1.* Dion. *Halicarnass. Antiq. Rom. L. II. ff. De Lib. & post b. L. Ult. C. De P. P. officiò Parentum non in atrocitate sed pietate consistente, L. 5. ff. *Ad E. Pompej. de Parricid.* Hodiè Pater infanticida gravissimâ afficitur pœnâ Vid. Hopp. ad S. 6. J. de publ. jud. Qvod si tamen filium sceleris capitalis reum, privatum hodie mactaverit, ut domesticò potius, quam publicò pereat exemplò, extraordinariam saltem & vix relegatione majorem incurrere Patrem pœnam, cum Welenbec. ad *Tit. ff. Ad L. Pompej. De Parricid.* docet Mevius ad J. L. 1. T. 3. *De his, qui sui vel alien. jur. sunt n. 9.* idque inibi præjudicio confirmat. (4) Porro castigare & in carcerem propriâ authoritate conjere filium immorigerum adductum L. 3. & 4. C. *De P. P. Patri & Hodiè licet, pœnam L. Un. C. De Priv. Carcer.* non incurso, Hahn. b. t. p. 18. cum inibi alleg. Ddbus; qvibus jung. Mev. d. l. n. II. Ubi id præjudicio Gryphico de A. 1603. confirmat. (5) Poteſt etiam Pater adhuc hodiè in iis, qvæ ad injurias Patris spectant, filium Magistratui offerre, ex ipsius arbitrio sententiam dicturo, juxta L. 3. & 4. C. *De P. P. Hahn. d. l.* Unde jus filium ergastulo seu domui disciplinari mancipandi im Zucht-Haus setzen zulassen non difficulter fluit. Harprecht. ad S. ult. J. *De P. P.* (6) Pariter nec Hodiè filios fam. sine consensu Patris ex matuo. L. 1. ff. inibiq. Brunnem. & t. t. *Ad SCT. Maced.* aut voto L. 2. S. 1. ff. *De Polliciation, inibique Brunnem,* obligatur. Harprecht. ad S. ult. J. *De P. P.* (7) Actionem injuriarum filios fam. competentem remittete Pater & hodiè potest L. 17. S. 12. ff. *De Injur.* Boër. Dec. 120. Nisi filius sit honestioris conditionis iplo Patre, d. l. S. 13. inibique Brunnem. Gomez Var. Ref. Tom. 3. c. 6. n. 6. (8) Pupillariter solus, non Mater, Hopp. ad *Tit. J. De Pupill.* sub qv. 4. Carpz. P. 3. C. 8. D. 16. filios fam. impuberi substituit, L. 2. ff. *De vulgar.**

vulgar. & Pupilli. Cui & (9) testamento dat Tutorem §. 2. *J. De Tutel.*
Sangvinolentum, i. e. recens natum. & ex matre adhuc rubentem, Strauch,
Diss. 4. aph. 24. tamen hodiè filium, sublatâ inter Christianos servitute,
etiam urgente summâ egestatis necessitate, Patri vi P. P. ut olim. L. 2. C. De
Patrib, qui fil. suos distr. inibique Brunnem, vendere non licet, cum tali
casu Magistratus succurrere ex officio debeat, Perez, in C. ad b. t. n. ult.
Struv. S. J. F. Ex. 23. th. 28. Brunnem, *ad Parv. W. h. t. qv. 9.* Stryk, *in*
U. Mod. ad b. t. S. 6. Ubi addit.: Patrem eâ sorte viventem, ut Magistra-
tus auxilium frustra speret ac imploret, posse tamen filium etiam non san-
gvinolentum, cessante sc. ratione L. Ult. C. ut Patribus &c. addicere alteri
ad servitia, ut eâ conditione sit, quâ familia conduclitia, indeqve Pater sub-
fidium ferat necessitatis. Illud tandem indubium: Hodiè dispositionem
L. 4. ff. b. t. ceflare, cum liberis per Nuptias hodiè emancipatis, Nepotes
ex filio in sui Patris potestate constituantur. Brunnem, ad. d. l. 4. ff. & ad
L. 7. C. De P. P. Berlich. P. 2. Concl. II. n. 33. Mev. ad Jus Lub. L. I. T. 3.
n. 25. Rauchb. P. 2. qv. 18. n. 24.

LIBRI I. TIT. VII.

DE

ADOPTIONIBUS, EMANCIPATIO-
NIBUS ET ALIIS MODIS, QVIBUS PATRIA
POTESTAS SOLVITUR.

§. 1.

Ultimam Patriæ Potestatis constituendæ causam esse *Adoptionem* INSTIT. L. 1.
 præced. Tit. monitum est, spectatam sc. non intuitu *Patris Na-* 1. T. II. 12. &
turalis, cuius solvit potestatem, & hâc ratione h. t. inter modos 16. COD. L.
solvendi P. P. refertur, sed intuitu Patris Civilis; & non omnem, sed Ple- 8. T. 48. 49.
nam duntaxat §. 2. J. Quib. mod. Jus P. P. solv. L. pen. pr. & §. I. C. b. t. 51. 52. Nov.
inibigz Brunnem, 74. c. I. N. 82. & 89. CAUSA

§. 2. *Adoptio Germ.* Die Annahmung an Kindes Stath/ 30. qv. 3. C. 1.
 in genere & propriè (alias enim significaciones vide ap. Hahn. b. t. n. 2. 12. X. De
 ad L. 1. ff. b. t.) spectata, est legitima ejus, qui per naturam filius non est, Cogn. legit.,
 in filium assumptio. Eckholt. b. t. §. 2. Strauch. Diss. 4. th. 14. Struv. Ju-
 rispr. Rom. Germ. L. I. Tit. II. §. I.

H 2

§. 3. Di-

§. 3. Dividitur in Adoptionem in specie ita dictam, & Arrogationem. L. 2. ff. b. t. ut §. 1. J. eōd. Hæc est adoptio hominis sui juris (In illo differt ab adoptione in specie ita dictâ. Adoptantur enim Filii familias; Arrogantur Patres familias. §. 1. J. & L. 1. ff. b. t. Qvod nec hodie aliter se habet.) consentientis (et quidem expressè, L. 5. 24. & ff. b. t. propter maximum præjudicium, in quo (2) differt ab adoptione in specie ita dictâ, ubi tacitus adoptandi sufficit consensus L. 5. ff. b. t. inibique Brunnem.) Causâ cognitâ (cujus exactior quidem in arrogandis impuberibus, L. 17. ff. b. t. qui olim planè arrogari non poterant, ob L. 189. ff. de R. J. Harprecht. b. t. §. 3. n. 2. quam puberibus, requiritur cognitio. Harprecht. d. l.) Principis Rescripto interveniente (Postquam sc. Lege Regiâ in Principem Populus omnem suam potestatem abdicatiè transfusil, cum in Statu liberæ Reip. totius populi suffragium desideraretur, unde & à formulâ rogandi, quam ex A. Gell. in Noct. Atticis L. 5. c. 19. refert. Hahn. b. t. arrogatio primitus nomen accepit. Conanus L. 2. Comm. Jur. Civ. c. 15. n. 4. Hillig. in Donell. L. 2. c. 23. Lit. A. quamquam in statu occupatæ Reip. à requirendo utriusq; consensu deinde nomen adepta sit. L. 2. ff. b. t. Hahn. ad W. d. l. n. 4. & in illo (3) Differt ab adopt. in specie sic dictâ, que desiderat saltem cujuscunq; Magistratus autoritatem §. 1. J. & L. 2. pr. ff. b. t. cum adoptando sufficiat Patria naturalis consilium. Hodie, non duntaxat Rescripto Imperatoris vel immediate vel mediare per Comites Palatinos, quibus in specie b.e.c arrogandi facultas concessâ est, arrogatio fieri potest Stryk. in Us. Mod. b. t. §. 4. ubi privilegii sibi concessi verba allegat. §. 3. & Philipp. in Uso Pract. ad J. b. t. Eccl. 73. ubi idem de suâ personâ affirmat, sed & omnes Imperii Principes Comites & Status Imperii potestatem arrogationes confermandi vi Superioritatis Territorialis habent. Maul. De Statib. Imper. c. 3. n. 33. Roland. à Vallo Conf. 86. n. 20. Cothman. V. 3. Conf. 29. n. 21. Wesenb. Conf. 27. n. 29. Harprecht. §. 1. n. 6. J. b. t. ubi plures allegat. Qvod etiam alii ad quemcunq; Magistratum extendunt. Brunnem. ad IV. Parat. qv. 13. Schultz. Synops. Inst. Lit. A. b. t.) ab eo, qui potest habere filium in potestate (Hanc enim tribuit Arrogatio §. 11. J. b. t. non vero omnis Adoptio §. 2. J. eod. Hinc habile adesse debet (subjectum activum) facta. d. L. 2. Adoptio in specie ita dicta,

cta, est adoptio hominis alieni juris, non dissentientis, a personâ habili Qualia (1) non est, qui adoptando non est 18. annis major. §. 4. J. b. t. L. 40. §. 1. ff. b. t. non obstante, quod adoptio naturam imitetur, d. §. 4. J. b. t. per naturam autem 14. anno liberos habere possit. pr. J. De Nupt. Resp. enim est: Imperatorem hic respexisse, ad id, quod ut plurimum fieri solet, L. 3. ff. de LL. rarius autem ante hanc etatem liberos generari. Vid. Stryk. ad d. §. 4. Et omnino Harprecht. ibid. (2) Nec ille qui liberos neq; actu, neq; potentia habere potest. §. 9. J. b. t. L. 16. ff. eod. inibig. Brunnen. e. g. Castrati. Stryk. d. §. 10. Hisce tamen & hodie Schultz. super. all. loc. Lit. B. adoptandi facultatem concedit. (3) Neque qui liberos in potestate habere nequit §. 10. J. b. t. quod sicuti ad plenam adoptionem restringendum est, ita ejus intuitu fœmina adoptare nequit, nisi ex indulgentia Principis in solarium liberorum amissorum, §. 10. Et L. 5. C. b. t. L. 29. §. 3. ff. De Inof. test. Ad effectum filii, non filii familias. arg. L. 4. ff. De his, qui sunt &c. Eckholt. b. t. §. 4. Harprecht. §. 10. J. b. t. inibig. Stryk. jung. Molina. De J. & J. Disp. 227. n. 22. & Brunnen. ad d. L. 5. C. b. t. Et certo respectu. (4) Minor 60. annis L. 15. §. pen. ff. b. t. ubi ratio & limitatio additur. (5) Unos vel plures liberos habens. L. 17. §. 3. ff. b. t. ubi duplex adjicitur ratio. Exceptionem vide ap. Lauterbach. h. t. §. 6. Hahn. b. ad verb. Preterea & Franck. b. n. 12. (6) Tutor vel Curator adoptandi, quamquam id rectius ad arrogationem restringatur per L. 17. §. 1. ff. b. t. rationem addit. Lauterb. d. l. & Frantz. n. 14. Exceptionem vero suppeditat §. 1. d. l. 17. (7) Qui liberos adoptivos semel emancipavit, per L. 37. §. 1. ff. b. t. rationem vide ap. Brunnen. ad b. l. ubi simul ad obstantem L. 12. ff. eod. jung. respondet Lauterb. d. l. Talis autem non est, qui fratrem in filii locum vult adoptare, neq; qui uxorem non habet. §. 5. J. b. t. Et L. 30. ff. eod. inibig. omnino Brunnen.) accedente authoritate Magistratus, facta. Ut coram Magistratu fiat adoptio, tanta & Hodienum est necessitas, ut, quoad effectum juris & preprimis successionis, is adoptatus dici negeat, quem quia filium educavit, tractavit, eoque nomine appellavit; Imo, quem se in filii locum assumpsisse in instrumento a Notario solenniter consecro fassus est. arg. L. 4. C. b. t. inibig. Brunnen. Sichard. ad L. Testium 18. n. 12. Et 13. C. De Testib. Mantz. §. 1. J. b. t. & Schurff. Cent. I. Cons. 83. jung. Stryk. in Us. Mod. ad b. t. §. 4. ubi id prejudicio confirmat. §. 4.

§. 4. Circa arragationem *Impuberis* in specie notandum, ad illam (1) reqviri, ut fiat præviâ exactâ causâ cognitione §. 3. f. b. t. circa qvam, qvæ attentanda veniant, docet. L. 17. §. 2. & 3. ff. b. t. Vid. omnino Brunnem. ad d. L. (2) Præviâ satisdatione i. e. fidejus-
soriâ arrogatoris cautione, arrogatô impubere moritu-
rō, se proximis ejus heredibus successuris, bona arrogati
restitutum L. 17. in fin. L. 18. 19. 20. ff. b. t. Lauterb. b. t. §. 8. ubi ejus
rationem vides. Brunnem. ad L. 18. ff. b. t. ubi docet: Omissâ hâc satis-
datione, ipsam tamen fingi intervenisse. Conf. Strauch. Diff. 4. §. 21.

§. 5. De eo non convenient Doctores, An Qvarta, qvam Ar-
rogator inique exheredato, aut absqve justâ cauſâ emancipato præter illa,
qvæ sibi attulit bona, post mortem suam Eckholt. b. t. §. 9. Lauterb. b. t.
§. 8. in fin. relinqueret ex Divi Pii Constitutione L. ult. ff. Si in fraud. Pa-
tron. L. 8. §. 15. ff. De Inoff. test. §. 3. f. b. t. L. 22. §. 11. ff. L. 2. C. b. t. jubetur,
sit qvarta omnium bonorum, an verò qvarta legitima? Nos
cum Frantz. Ex. 2. qv. 9. Lauterbach. b. t. §. 8. Eckholt. eod. §. 8. inibi-
que Schwend. Struv. Ex. 3. tb. 59. aliisqve prius affirmamus, per Leges &
rationes ab illis adductas.

§. 6. Subdividitur Adoptio in Specie sic dicta juxta
L. pen. C. De Adopt. §. 2. f. cod. & §. 8. f. Qvibus mod. solv. jus P. P.
in plenam, qvando filiusf. personæ non extraneæ (i. e. Uni ex
Ascendentibus, in qvorum potestate non fuit) arg. §. 2. f. b. t. Stryk. b. t.
§. 2. & Eckholt. b. t. §. 3.) in Adoptionem datur; & Minus Ple-
nam, qvando Personæ extraneæ (cujus appellatione hic & Frater
venit,) datur adoptandus. d. l.

§. 7. Effectus adoptionis vel sunt omnibus speciebus Com-
munes, vel alicui Proprii: Communes sunt omnibus: (1) Qvod tribu-
at successionem ab intestato in allodialibus. (Nam in Feu-
dalibus per c. Adoptivus 2. F. 26. non succedunt adoptivi. Vid.
Stryk. in Tr. De Success. ab intest. Diff. 1. c. 2. §. 25. ubi simul nationes inve-
nies. Conf. Joh. Rudinger. Var. Lect. jur. feud. L. 1. c. 55. & Struv. S. f. F.
c. 9. tb. 3. n. 5.) L. 10. §. 1. C. b. t. liberis licet legitimis simul existentibus
L. 5. C. De Suis & Legit. adeò ut Parentes adoptivi Patris excludant L. 2.
§. 6. ff. ad SCt. Tertul. Stryk. d. l. §. 37. Ubi addit; Id nec Hodiè mutatum
effe.

elle. Conf. Bachov. *ad Treutl.* V. 2. D. 16. tb. 2. Lit. C. Stephan. *ad Nov.* n. 8. c. 2. Richter *ad Autb.* in Successione C. De Suis & Legit. Lib. 17. (2) Qvod impedit Matrimonium etiam inter fratrem Adoptivum & ipsius Patris adoptivi filiam, durante sc. adoptione. §. 2. f. *De Nupt.* Qvod tamen Moribus nostris vix attendi monet quidem Hoppius. *ad d.* §. 2. & Haveman. *In Gamalog. Synops.* L. 2. Tit. 6. Problem. 10. n. 2. Sed rectius docet Stryk. *in not. ad jus Eccles.* Brunnem. §. 19. Lib. 2. c. 16. Cum hanc prohibitionem Legalem moribus sublatam esse nullibi probatum sit, dispensationem, (cui etiam in quaevng. linea locum esse inibi afferit) à Consistoriis h. c. petendam esse. Communis Effectus Adoptioni Plena & Arrogationi est (1) Qvod utraque tribuat adoptato jus Suitatis, indeqve etiam ex testamento succedendi, aut illud impugnandi, §. 11. f. b. t. L. 2. §. fin. L. 15. pr. L. 40. pr. ff. b. t. (2) Jus Familiæ §. 2. f. b. t. L. 23. ff. L. fin. pr. & §. fin. C. b. t. (3) Et de Jure Civili jus Nobilitatis. L. 35. ff. *De Adopt.* Hahn. *ad W.* b. t. n. 6. Stryk. *in No.* ad f. b. t. §. 8. Lauterb. b. t. §. 8. 10: Non verò Hodie, Nobilitate non à potestate Parentum, sed à Privilegio speciali Imperatoris dependente, & cum sanguine, cuius jus adoptio nulla tribuit L. 23. ff. b. t. saltem in liberos desfluente. Stryk. *d. l.* & *in Us. Mod.* b. t. §. 8. Conf. Struv. b. t. tb. 65. Proprius Arrogationi Effectus est (1) qvod arrogatus & ipse, & qvos habet in potestate, cum ipso liberi, & bona sua in potestatem arrogatoris transeant §. 11. f. b. t. L. 15. & 40. ff. b. t. inibiq; Brunnem. L. pen. §. 2. ff. *De Bon. poss. sec. tab.* Qvod securus est etiam in plenè adoptatis d. L. 40. Harprecht. *ad §. 11. f. b. t.* ubi differentiae addit rationem;

§. 8. Qvanquam non infimi nominis Jcti afferant: Adoptionis materiam Morbis nostris ab Usu Fori recessisse, Vinn. pr. f. b. t. Gudelin. *Dejur. Noviss.* L. i. c. 4. aliiq; qvos citat. Stryk. *in Us. Mod.* b. t. §. 1. &c. & Brunnem. *ad Rubr.* ff. eod. Verius tamen est, licet parum frequentes hodiè sint adoptiones, Hahn. b. t. n. 6. illas tamen neutiqvam abrogatas esse. Vid. Stryk. *d. l.* & *ad pr. f. b. t.* Philipp. *in Usu Pr.* *ad b. t.* & Brunnem. *all. loc.* Qvod partim ex variis locorum Statutis, Vid. *Jus Hamburg.* P. 3. Tit. 1. §. ult. *Jus. Prov. Wirtenb.* P. 2. Tit 22. Landr. L. 2. art. 30. Partim ex Concessiōibus Comitibus Palatinis ad adoptio-

adoptionem confirmandam indultis, alias otiosis exstituris, Vid. Stryk. d.l. Partim etiam ex variis Academiarum responsis sufficienter probatur, ut, si hodiè eveniat Casus, ubi quis vel adoptavit, vel adoptare velit filium, ex Jure Romano omnino decisio petenda sit. Vid. Richter. *De Success. ab Intest. Sect. 1. Membr. 2. n. 15. & Dn. Stryk. d.l. ubi §. 4. D. Ao. 1673.* & §. 7. *De Ao. 1674. ad ductum L. 38. ff. b. t. adoptionem minus legitimè factam à Principe confirmari posse, ut effectum habeat, respondisse Viadrinam Facultatem docet.*

§. 9. Cognata & Simillima adoptioni est **Unio** vel **Parificatio prolium**, Germ. *Die ein Kindschafft.* Juri Civili per L. fin. C. De Pact. & Canonico incognita, Rickh. de Us. Prol. c. 3. n. 42. sed Consuetudine introducta, Philipp. in Us. Pract. f. Eccl. 74. cum multis inibi all. Dibus & in Camera Imperiali quandoque confirmata. Gail. L. 2. O. 125. n. 1. Carpz. L. 1. R. 6. n. 1. Hahn. *De Jur. rer. Concl. 73. n. 2.* Lauterb. b.t. §. 12. Klock. T. 3. Conf. 160. n. 7. quæ describitur, quod sit conventio inter Parentes de liberis ex diverso matrimonio natis, quod ad acqvirendam Parentum propriam hereditatem exæquandis, ut utriqve simul succedant. Stryk. *De Success. ab intest. Diff. 8. c. 4. §. 3.* & in Us. Mod. ad b. t. §. 10. Requiritur autem ad hanc (1) Parentum. Stryk. d.l. (2) Uniendorum Carpz. L. 5. R. 6. sique hi per ætatem consentire nequeant, (3) Tutorum & Curatorum, Gail. 2. Obs. 125. n. 5. Lauterbach. d.l. (4) Cognitorumque Consensus Rick. d. Tr. 6. n. 8. Muscul. *De Success. Anomat. c. 3. n. 93.* Brunnem. ad L. 35. C. De Transact. (5) Ut fiat coram competente regulariter Magistratu. Vid. omnino Stryk. in Us. Mod. b. t. §. 12. & in Tr. *De Success. ab intest. d. 5. 8.* cum præviâ causæ cognitione & Decreto Confirmatorio. Stryk. Tr. *De Succ. ab int. d.l. §. 11.*

§. 10. Effectus Unionis Prolium qui scire avet, adeat, Stryk. in Us. Mod. d.l. & in Tr. *De Success. ab intest. cit. loc.* quibus jung. Rick. d. Tr. c. 3. Muscul. d.l. Membr. 3. Webner. Obs. Pr. v. *Ein Kindschafft.* Carpz. L. 5. R. 6. Klock. Conf. 160. Tom. 3. Lauterb. *Ad jus Provinc. Wurtenb. Diff. 3.* & ad b. t. §. 17.

§. 11. Pergimus jam ad Modos solvendi Patriam Potestatem, quam solvi constat vel **citra Patris Voluntatem**, vel ex **Voluntate**

luntate ejus. Struv. b. t. tb. 67. Prioritate (1) Morte Utriusque, tam Naturali pr. f. Qvib. mod. solv. P. P. quam Civili, puta Poenae Servitute, §. 3. f. eod. Hodiè sublatâ per Auth. Sed Hodie C. De Don. inter V. & II. & Nov. 22. c. 8. Stryk. ad §. 3. f. d. l. & Deportatione §. 1. f. d. l. Cui Hodiè successisse videtur Bannum Imperiale, de quo Vid. Lauterb. b. t. §. 20. jung. Eckholt. b. §. 13. inibig. all. Stamler & Fustigatio cum perpetuâ relegatione Stryk. ad d. §. 1. f. h. t. Struv. Iprud. Rom. Germ. L. i. T. 4. §. 1. f. Hopp. b. t. qv. 3. (2) Dignitate filii non omni, §. 4. f. h. t. sicque nec Clericali, inferiore Episcopali, Nov. 18. c. 3. Berlich. P. 2. Concl. u. n. 56. Carpz. P. 1. C. 10. D. 4. n. 7. neq; Doctorali, Carpzov. d. l. Stryk. ad §. 4. f. d. t. & Lauterb. §. 26. b. t. nbi ad contraria argumenta respondet, additq; §. 27. per tot. refutatis simul dissentientium rationibus: Nec Monachium tollere p. p. Sed Summâ olim Patriciatus, de qua agitur in L. fin. C. De Consulib. & Nov. 18. c. 2. jung. §. 4. J. h. t. inibig. Ddres. Conf. Lauterb. b. t. §. 25. & Brunnem. ad d. L. fin. Hisce Patriciis seu Imperatori Patribus hodie assimilantur Assessores Camerae Imperii & Principum Statuumque Imperii Consiliarii preprimis intimi. Hopp. ad §. 4. f. qvib. mod. p. p. solv. Berlich. P. Concl. i. n. 8. Hilliger in Doneill. L. 2. c. 26. lit. K. Schultz. ad §. 4. f. d. t. lit. C. & Philipp. in Us. Praet. f. Eccl. 76. Imo Hodie omnis dignitas, quæ à Curiâ liberat, liberat etiam à Patria Potestate. NOV. 18. C. 3. L. fin. C. De Decur. Brunnem. Ex. 3. Inst. ad b. t. Stryk. §. 4. f. ead. Lauterb. §. 25. (3) Patris delicto. L. 2. C. De Infant. Expos. L. 6. C. De Spectacul. Ex Patris Voluntate solvitur ejus Potestas vel Expressâ vel Tacitâ. Illa ratione (1) Adoptione Plenâ §. 8. J. h. t. §. 11. J. De Adoption. (2) Emancipatione, quæ triplex (a) Legitima, quæ siebat per imaginarias venditiones & sublata est per L. Ult. C. De Emancip. lib. (b) Anastasiana L. ult. C. d. t. quæ siebat per impetrationem Rescripti Principis juxta L. 5. d. t. (c) Justinianea, quæ Pater rectâ viâ ad competentem Judicem se conferens declarat, se filium de suâ potestate dimittere velle, §. 6. J. h. t. L. fin. C. d. t. L. 36 ff. b. t. Hâc ratione, si Pater filio non contradicendo permitteret, ut hominem sui juris diu agere. L. 75. pr. h. t. L. i. C. de P. P.

S. fin. Moribus Hodiernis Expressam utramq; Emancipationem
1

tionem Usu adhuc observari indubium est, cum ex indultis Comitum Palatin, & ex declarationibus Parentum coram Magistratu factis id satis liqueat. vid. Lauterb. b. t. §. 33. & Stryk. in *Uſ. Mod.* b. t. §. 7. Ubi addit. Non sufficere, si quis hodie coram Notario hunc actum expedire velit Conf. Gieseberthus in *Justin. Harmon.* Ad Tit. *Qvib.* mod. *jus p. p. solv.* n. 221. Frequentior tamen Hodie est tacita emancipatio, quam derivant ex *Moribus Saxoniciſ* forsitan originem debentibus Legi i. C. De P. P. Vid. tamen Dn. Stryk. in *Uſ. Mod.* b. t. §. 18. & contingit (1) Per Separantam Oeconomiam. Hahn. *Ad Tit. De Adopt.* n. 7. Harpr. §. 7. f. *De P. P.* n. 7. Brnnnem. *Ad L. i. C. De P. P.* Carpz. P. 2. C. 10. D. 2. (2) Nuptias, Berlich. P. 2. *Concl.* n. n. 13. Herring. *De Fidejuss.* c. 7. n. 6. 1. seq. Eyben. *Obs. Pralt. ad f. Disp.* 3. *Obs.* 12. Mev. *ad Jus Lubec.* P. 1. T. 3. *Rubr.* n. 25. (3) Separationem bonorum. Mev. *ad f. Lub.* P. 2. Tit. 2. art. 33. v. 16. Conf. Cothman. V. 2. *Conf.* 46. n. 8. & 20. (4) Separatam Negotionem. Qui tamen omnes modi tacite emancipandi, nec ubiq; ejusdem sunt effectus, neq; ubiq; indistincte procedunt, ut hinc in hoc articulo rectius cuiusq; loci consuetudinem ac singularē jus attendendum esse arbitremur. Vid. Lauterb. b. t. in fin. Stryk. in *Uſ. Mod.* ad b. t. §. 19. seq. Carpz. P. 2. C. 10. D. 3. Berlich. *cit. loc.* Id interim omnibus notum esse credimus: Hodie dispositionem §. 2. Per qu. pers. cuig; acquir. cessare, & Patrem liberis tacite emancipatis bona ad ventitia etiam qvoad usumfructum plenē restituere debere. Hopp. *ad §. 2. f. per qu. pers.* ubi etiam videsis rationem. jung. Kohl. *De Success. Conj.* P. 2. n. 75. Carpz. P. 2. C. 10. D. 5. Berlich. P. n. *Concl.* II. n. 61.

LIBRI I. TIT. VIII. DE DIVISIONE RERUM & QVA- LITATE,

§. 1.

REI vocabulum in b. t. (alias ejus significations recenset Bachov. 2. 7. 1. Nov. 7. CAUSS. 12. qu. 2. c. 52. & 70. Fx. neq; Actio, arg. §. fin. f. *De J. N. G.* & C. Ludwel. pr. f. *De R. D. Goedd.* TEA. L. 3. f. f.) id denotat, quod neque est Persona, neq; Actio, arg. §. fin. f. *De J. N. G.* & C. Ludwel. pr. f. *De R. D. Goedd.* ad

ad L. 5. ff. De V. S. Ita autem dupliciter accipitur, vel pro juris, de quo qværitur, *Subjecto*, ut est homo, eque, fundus &c. vel pro *ipso jure & causa*, ob quam aliquid alicujus est. Causa autem tendit vel ad *acquirendum*, vel *conservandum*, vel *amittendum*. *L. ult. ff. De LL.* Et ad hanc rerum translationem juridicam recte docente Dn. Strauchio *Diss. 6. aph. 1.* accommodata est *Divisio*. qvæ res sunt.

S. 2. Vel Divini, vel Humani juris. *L. 1. pr. ff. b. t.* Ex qvâ fluunt altera: Qvæ res sunt vel in Patrimonio, & in bonis, vel Extra Patrimonium, & Extra bona. *pr. J. b. t.* Eckholt. *b. t. §. 5.* & Streuchi. *d. l. Divini juris*, extra Patrimonium & extra bona res dicuntur, qvæ, qvæ tales factò & censurâ hominum humano commercio exemptæ sunt & privatorum fieri nequeunt, proindeq; *absolutè, simpliciter & nālē ἐξοχῆν* Nullius esse dicuntur, ita ut nec actualiter, nec aptitudinaliter in bonis sint *L. 1. pr. ff. b. t. §. 7. J. eod. inibig.* Ludwell, & Stryk. *ad pr. J. eod. jung.* Strauch. *d. l. aph. 5.* Brunnem. *Ex. just. 6. ad §. 7. d. t.* Schwendend. *ad Eckholt. b. t. §. 5.* & Frantz. *eod. n. 3.*

S. 3. Res Divini juris iterum sunt vel Simpliciter tales, ut Res *Sacra & Religiose* *§. 8. & 9. J. b. t.* vel *Qvodammodo* tales, ut Res *Sanctæ* *§. 10. J. b. t.* Vid. Frantz. ubi rationem hujus simul reperire est.

S. 4. Sacrae Res De Jure Civili sunt, qvæ publicè *L. 6. §. 3. ff. b. t.* (Nemo enim sibi privatim locum sacrum facere potest. *§. 8. J. b. t.* & *d. L. 6. §. 3. ff. eod.*) olim per Pontifices *§. 8. J. b. t.* (Vid omnino Hahn. ht. ad *Wes. verb. Sacra n. 1.* & Lauterb. *eod. §. 6.*) deinde per cuiusq; loci *Antistites Nov. 67. c. 1. & Nov. 131. c. 7.* DEO & cultui Divino immediatè (Ad differentiam rerum Ecclesiasticarum, non immediatè cultui Divino inservientium, sed ad sustentationem Ministrorum Ecclesiae *L. 14. C. De S. S. Eccl.* & pauperum facientium, atq; mediatè invocationem DEI promoventium, siccq; in Patrimonio Ecclesiae existentium. Lauterb. *b. t. §. 7.* Dn. Rhet. *Medit. Academ. 10. Pos. 19.* & non duntaxat in casu *Necessitatis & Pietatis*, verum etiam *Utilitatis*, Dn. Rhet. *d. l. Brunnem. injur. Eccl. L. 2. c. 2. §. 6. Mantica De Tac.* & *ambig. conv. L. 25. T. 6. n. 38. & 40.* Surdus *Conf. 245. n. 40.* Abundantiae, Lauterb. *d. l. §. 7.* & Incommoditatis, Klock. *V. 1. Conf. 35. n. 36.* prævià solennitate Canonica (de qvâ Vid. omnino Brunnem, *injur. Eccl. L. 2. c. 3. §. 3. inibig. Stryk.*) licet alienabilium.

L. 17. C. De S. S. Eccl. Nov. 120. c. 6. §. 2. Frantz. ad Tit. De Contrab. emt. n. 134. Klock. Vol. 1. Conf. 35. n. 262. Mauritus De Secularisat. Bon. Eccl. per tot. solenniterq; (illâ sc. solennitate, qvæ describitur in Nov. 5. c. 1. & Nov. 13. c. 7. nempe per Preces & venerabilem signi crucis figuram) CONSECRATÆ SUNT. L. 6. §. 3. L. 9. ff. b. t. L. 9. ff. De R. V. v. g. Templa, Oratoria Publica, Libri, Patinæ, Calices, Vestimenta Sacra &c. Brunnem. d. 1. §. 1.

S. 5. Hodiè aliter apud Pontificios, aliter verò apud nos Protestantes res DEO consecrantur & Sacrae fiunt. Illorum solennes & superstitionem redolentes res Consecrandi ritus, horumq; significationem, qvi scire discipit, consulat omnino Guil. Durandum in *Rational. Divin. Offic.* L. 1. c. 6. Joh. de Selva, *in Tract. De Benefic.* P. 1. qv. 5. n. 64. Bellarmin. Tom. 2. *Contrav.* Lib. 3. *De Cult. Sanctor.* c. 5. & Stryk. *in Not. ad Brunnem. jus Eccl.* L. 2. c. 2. §. *Ubi consecrationis Pontificia formulam subjicit.* In Evangelicis Ecclesiis, cessantibus licet Consecrationis istiusmodi ritibus, qvibus ob superstitionis notam meritò repudium misimus, Dn. Zigler. *ad Lancellot.* L. 2. T. 18. §. 12. Stryk. *in Uf. Mod. ff. ad b. t. §. 3. & 4.* ipsa tamen Consecratio non penitus ab Ufus recessit. Res enim immobiles, ut ipsa templa, precibus & hymnis DEO commendari, solennique concione, autoritate Consistorii (per quod hodiè Status Imperii Superioritati Territoriali aunexam circa sacra potestatem vi Transactionis Passaviensis de Ao. 1552. & Pacis Religiosæ de Ao. 1555. junctâ Pace Onabrugensi de Ao 1648. & Noviomagensi de Ao. 1679. exercent. Knipschild. *De jur. & Priv. Civ. Imper.* L. 2. c. 3. n. 182. Carpz. *J. E. L. 1. T. 1. D. 2. Mev. P. 2. Dec.* 305. n. 6. Lauterb. *b. t. §. 6.* plerumque ab Inspectoribus habitâ, Struv. *S. J. F. c. 6. apb. 15.* Sacramentum Coenæ & Baptismi, qvð ita unâ vice sacris usibus templum initetur, administrari solet. Stryk. *ad Brunnem. jus Eccl. d. l. §. 3. & in Uf. Mod. b. t. §. 3.* Figuræ Crucis formatione omisssâ, Zigler. *ad Lancellot.* L. 2. Tit. 18. §. 9. Dn. Rhet. *b. t. Pos. 19.* Res vero Mobiles Destinatione ad Usum Sacrum & actuali ad eundem Adhibitione (qvæ duo coniunctim reqviruntur, ut illâ deficiente, res Profana remaneat, Vid. omnino Dn. Stryk. *ad. f. Eccl. Brunnem.* L. 2. c. 2. §. 1. hâc verò cessante, non tam Sacra, qvam Ecclesiastica dici debeat. *Idem in Uf. Mod. ad b. t. §. 4.*) sacrae fiunt & privatis hominum usibus eximuntur. c. 51. *De R. f. in 6.*

S. 6. In

§. 6. In illo tamen Praxis Hodiernâ cum Jure Civili & Canonicô ex aſſe convenit, qvod ſc. nec Hodie res Sacræ regulariter extra Casum Necesſitatis, qvorsum æs urgens alienum, qvð Ecclesia premitur, L. Sancimus. 21. & Autb. Hoc jus porreſtum. C. De S. S. Eccl. Nov. 46. Nov. 54. c. 2. Nov. 67. c. 4. Nov. 120. c. 6. seq. c. 68. C. 12. qv. 2. & Famis, aleſdorumqve pauperum necessitas pertinet. d. L. 21. C. De S. S. Eccl. & Pietatis, qvorsum refertur redemptio captivorum. §. 8. J. b. t. & L. 21. C. De S. S. Eccl. Ubiratio) alienari vel oppignorari poſſint. §. 8. J. b. t. c. 20. C. 12. q. 2. L. fin. C. De reb. alien, non alien. Guil. Redoan. De reb. Eccl. non alien, qv. 19. 20. & 21. Francisc. Sarmient. De Redit. Eccl. P. 1. c. 2. n. 26. Duaren. De Sacr. Eccl. Minister. L. 7. c. 9. Rebuff. De Alien. Rer. Eccl. Gothofred. ad Schneidew. §. 8. b. t. Ubi addit: Hisce Casibus ſacra vafa alii Ecclesiæ in te- gra, privato vero conſlata & comminuta vendenda eſſe per can. Aurum. 70. C. 12. q. 2. Mantz. d. §. 8. Ubi præterea monet: In Casu æris alieni ſuperflua ſaltem, in reliqvis verò duobus & neceſſaria rectè vafa vendi.

§. 7. Res Religiosæ de jure Civili ſunt, qvæ illatione (ſola enim Destinatione ad inferendum, locus non fit religiosus, Brunnem. ad L. 7. ff. b. t. ſed inane potius ſepulchrum L. 42. ff. de Religiosis. Gratiæ nevo- mī Dic̄tū dictum, appellatur. L. 6. §. 1. ff. eod. & L. 6. §. 6. ff. De R. V. Vid. Brunnem. ad L. 6. ff. de Relig. hinc qz. commercio non eſt exemptum, d. l. 6.) mortui corporis humani (vel principalioris corporis membra, Capi- tis, unde, qualis cuiusqz imago ſit, cognoscitur. L. 44. ff. De Religios.) in lo- cum ſuum (In alienum enim purum, non consentiente Domino, mortu- um inferens, vel loci pretium ſolvere, vel illatum auferre tenetur, L. 2. ff. De Religios. ceteroquin cundem religiosum non effetur; qvanquam tamen nec Dominus illatum propriâ authoritate ejicere valeat L. 8. ff. De Religios. Injuriarum actione id propter conueniendus. Vid. Brunnem. ad d. L. 8. Neg. in purum communem, invitis sociis, extraneum inferre licet. L. 2. §. 1. ff. De Religios. L. 6. §. 6. ff. Comm. Divid. Secus, ſi Dominus inferendus; L. 41. ff. De Relig. L. 43. eod. vel Commune ſit ſepulchrum. §. 9. J. b. t. Non obſtante L. Sabinus 28. ff. Comm. Divid. Stryk. in Not. ad §. 9. J. b. t. Ubi reponſio. jung. Dn. Rhet. Med. Acad. Diff. X. Posit. 20. Schurff. Cent. 2. Consil. 45. n. 2. & Brunnem. Ex. iuſt. 6. b. r. §. 9.) privatim §. 9. J. b. t. L. 2. §. 5. ff. De Relig. animo ſepeliendi (Namſi deponatur imbi ſaltem cadaver humanum ad breve temporis ſpatium, mox aliò transferendum,

inde locus religiosus salutari non meretur L. 40. ff. & L. 10. C. De Religios. Lauterb. b. t. §. 8. & Brunnem. ad d. L. 40.) facta, hominum commercio exemptae sunt. L. 6. ff. De Religios. (Quousq; tamen saltēm cadaver terra tegit. L. 2. §. 5. ff. De Religios.)

§. 8. Moribus Hodiernis (1) Apud Pontificios & qve ac Protestantes in eō recessum est à Dispositione juris Civilis, qvod privatā amplius authoritate nullibi liceat suos in proprio fundo sepelire, c. Praciendū C. 13. qv. 2. postqvam publicā hodiē mortuis Dormitoria communiter Ecclesiis vicina, Cæmiteria appellata, constituta sunt. Brunnem. *jus Eccl. L. 2. c. 2. §. 12.* inibiq; Stryk. *Ad verba: Ad loca Religiosa.* Unde Nobili cuiquam, unicum filium suum, qvoad vivebat summopere dilectum, in posteriori ædium parte hortoq; amēnissimo ad perpetuam amoris sui memoriam sepelire cupienti, id denegatum fuisse, notat Rhet. *sap. all. loc.* & Simile præjudicium exstat ap. Stryk. in *Not. ad Brunnem. J. Eccl. d. c. 2. §. 12. verb. Extra Cemiterium.* Non vero apud nos Evangelicos ratione Cæmiteriorum aut *Consecratio* aut *Benedictio* reqviritur, Stryk. in *Not. ad §. 9. J. b. t.* & in *Ilsu Mod. ff. eod. §. 5.* qvæ tamen utraq; De Jure Canonico necessaria videtur, c. *Consulūisti. 7. X. De consecrat.* Dn. Schilter. *Prax. jur. Rom. Ex. 4. th. 6.* Stryk. in *Not. ad Brunnem. jus Eccl. d. l.* sed sufficit Consistorii authoritate locum aliquem ad sepulturam demortuorum determinari. Carpz. *Jprud. Eccl. L. 2. D. 385.* enim. i. eumq; muris atq; septis ab aliis locis, ne bestiis pateat aditus, separari. Stryk. in *Not. ad Brunnem. Jus Eccl. d. l.* ubi ad verba d. §. 12. c. 2. L. 2. subjicit, qvibusnam honesta in Coemiteriis jure denegari sepulta possit, Caninā & Asininā dignis. (2) Qvod De jure Canonico Simoniae adscribatur, pro loco Sepulturæ pecuniam accipere perc. Non satis 8. & c. seq. X. De Simon. c. *Abolenda. 13. X. De Sepultur. Conf.* Lather. *De Censu L. 3. c. 22. n. 32.* hoc Moribus Hodiernis in tantum mutatum est, ut, cum Hodie in Civitate, imo in ipsis Templis sepulturae locus concedatur contra L. 3. §. 5. ff. De Sepulchr. violat. fas omnino esse videatur pro dispensatione quasi lucrum qvoddam Ecclesiæ impertiri, aliis ejus necessitatibus impendendum Carpz. *Jprud. Eccl. L. 2. D. 391.* Brunnem. in *jur. Eccl. L. 2. c. 2. §. 12.* inibig; Stryk. verb. Pro quo honorarium. Reht. *Med. Acad. Ex. 10. Posit. 20.* Sicuti & (3) Qvod supra dictum est: De jure Civili loca religiosa humano commercio

mercio exempta esse, id sanè *Consuetudine Hodierna* in Sepulchris Privatorum, (qvalia eisdem etiam in Coemiteriis & Templis habere posse, præter Frideric. Mindan. *De Interdict. in Pr. Tit. 2. n. 75.* Usus & Experi-entia abunde testatur. Tholof. *Syntag. L. 33. c. 23. n. 10.* Clar. in *Pr. Crim. Q. 79. vers. Locus*) Familiaribus & Hereditariis aliter se habet, qvæ eatenus hodiè in commercio esse censemur, ut ad *Usum similem* per venditionem Familia in aliam possit transferre, exclusò tamen & *Hodienum* omni dissimiili & profano *Usu*. *Vid. L. 14. C. De Legat.* Frantz. *Comm. ff. ad Tit. De Contrah. emt. n. 132.* Rhet. d. l. jung. Carp. P. 3. Dec. 289. & Stryk. *ad Brun-nem. J. Eccl. d. l. in fin.*

§. 9. Res sanctæ dicuntur à Sanciendo, qvæ Sanctio-ne qvâdam pœnali à violatione sunt immunes *L. 9. §. 3. ff. b. t.* & contra hominum injurias munitæ. §. 10. J. b. t. Exemplum subjicitur in *L. fin. ff. eod.* in Muris, qvos transilientes dicta Lex capitinis pœnâ afficit; Qvod, qvamvis alii ad Civitatem Romanam restringant, hodie-qvè inde Viennæ ceu Sedi Imperatoriaæ & Romæ Germaniae applicent, verius tamen est, *De Jure Civili* pœnam etiam capitalem ad muros civitatum municipalium spectare, per rationes à Dn. Strykio ad §. 10. J. b. t. adductas, cui jungi possunt Dn. Rhet. d. l. Posit. 21. Strauch. *Diss. 6. aph. 8.* Lauterb. b. §. 9. Hahn. b. n. 2. verb. *Sanctæ inibig. all. Ddres Add. Brunnem. Ex Just. 6. §. 10. b. t.* & Hæmon. *Diss. 4. qu. 5.* Moribus Hodiernis sicuti idem ad. Castra & Propugnacula Principum extendunt, Berlich. P. 1. Dec. 70. Hahn. d. l. Eckholt. *eod.* §. 9. ita communiter distinguunt: **An qvis tempore Belli** (videtur enim illa Sanctio jure Militari originem debere suam, per. *L. 3. §. 17. ff. De Re Milit.* Brunnem, d. Ex. 6. §. 10. J. b. t.) & ho-stili vel Prædatorio animo transcendat Propugnacula; Et hoc casu *hodienum* etiam capitalem obtinere afferunt pœnam: **An verò Pacis tempore** & vel ex levitate vel necessitate. v. g. ad effugi-endam pœnam: Et hoc casu pœnæ arbitrariæ Fustigationis Relegationis, Carceris & Pœuniariæ locum relinqunt, *Vid. Carpz. Pr. Crim. P. 1. q. 40. n. 20.* Stryk. §. 9. J. b. t. inibique Ddres Rhet. d. l. Posit. 21. Berlich. d. l. n. 4. Philipp. in *Usl. Præst.* J. L. 2. Eccl. 2. in fin. Menoch. *De A. J. Q. L. 2. Caf. 483.* Brunnem, ad *L. fin. ff. b. t.* inibig. all. Ddres.

§. 10. Res Humani juris, in Patrimonio & in Bonis dicuntur, circa qvas homines jus aliquod habent vel actu vel

vel potentia: Et Dividuntur in Publicas, quae actu secundo privatorum commercio exemptae sunt, L. 3. ff. De A. R. D. inibig³³ Brunnem. hincque hoc respectu etiam nullius esse dicuntur, ita tamen comparatae, ut aptitudinaliter privatorum, occupatione aut alio modo acquirendi Originario vel Derivativo Pufendorff. De J. N. G. & C. L. 4. c. 6. §. 1. fieri possint. Vid. Brunnem. Ex Just. 5. b. t. §. 7. Stryk. in Not. ad J. Pr. b. t. Et Privatas, quae in privatorum revera domino sunt, i. e. per actionem peti, aut exceptionem retineri possunt, L. 52. ff. De A. R. D. & dicuntur alias: Res singulorum, S. M. J. b. t. L. 1. in fin. pr. ff. De R. D. Publicas Res iterum subdividit Lauterb. b. t. §. 1. & seq. in tales jure Gentium, & Jure Civili. Et illas denuo in Laxiori seu Generaliori, & Strictiori s. Specialiori significatu tales; Hac forsitan ratione vi- tium quinque membris Divisionis, cuius ceteroquin arguitur pr. J. b. t. evi- taturus. Conf. Hahn. ad Wes. b. t. n. 3. verb. Humani jur.

§. II. Res jure Gentium Publicae in laxiori sensu sunt, quae ratione Proprietatis nullius sunt, ratione vero Usus de jure Gentium omnibus patent, aliisque nomine appellantur res Communes L. 2. ff. b. t. & §. 1. f. eod. idem ita dictae, quod natura sua in proprietatem describi non possint, Strauch. Diff. 6. aph. 2. licet per partes occupari queant & in proprietatem abeant. f. d. l. Lauterb. b. t. §. 11. Hujus generis sunt: Aer, Aqua Profluens s. Flumina (quoad usum scilicet lavandi & potandi, non vero piscandi & navigandi); Eatenus enim ad res in specie Publicas pertinent. §. 2. f. b. t. Eckholt. b. t. §. 11. Donell. L. 4. c. 2. & Brunnem. Ex just. ad §. 1. b. 1.) Mare & per hoc, i. e. quatenus mare terminat, Strauch. d. l. Littus maris §. 1. f. b. t. & L. 2. ff. Eod. Item & Feræ Bestiæ, quatenus in naturali adhuc libertate vagantur. §. 12. f. b. t. Hinc aeris usus, (ut quilibet eum attrahendo suum faceret possit) Aqua Profluentis, (ne quis secundum illud Ovidii L. 6. Metam. Quid prohibet in aquas, usus communis aquarum est, haustrus aut se loturus a fluminibus perennibus arceri possit,) Maris, (ut in omnibus ejus partibus libere piscari navigareque licet cuilibet L. 4. ff. b. t.) Ejusque Litoris (ut Lapillos, Gemmas &c. inibi inventas quilibet sibi acquirat §. 18. f. b. t. & L. 2. ff. eod. & cuilibet fas sit easam inibi ponere, in quam se recipiat, retia siccare & ex mari deducere §. 5. f. b. t. & L. 4. ff. eod.) & Ferarum Bestiarum (ut etiam in alieno solo §. 12. f. b. t. capti occupantis & capientis siant. d. §. 12. inibig. Odres & Stryk.) Omnibus omnino hominibus patet. §. 1. f. b. t. & L. 2. ff. eod. Unde facile claret, Res Communes a Rebus Publicis in specie ita dictis differre (1) Proprieta- te (2) Usu. Illæ enim ratione Proprietatis nullius sunt: Haec verò certi ali- enus populi. Illarum Usus omnibus patet Gentibus; Harum saltem Provincia- libus, seu illis, qui sunt ex illo Populo, omnibus. Stryk. ad pr. f. b. t. inibique Brunnem. & ad L. 1. ff. b. t. Hopp. Ex Inst. b. t. qu. 5. & g.

Eckholt. eod. §. 11. seq.

ET eogus in patinis & iudex iurâ reformat.
An qvod uterq; suum vult tribuisse sibi?
MSi SCHÜTZI capies nomen qvo juris oberrat,
Non magis in offas qvam pia iura valens.
Si Tibi iura placent, sapient & iura culinæ,
Fac ut utrinq; qvaeas & placuisse DEO.

gratulante affectu apposuit

BERNHARD. BARNSTORFF. D.

Acad. p.t. Rector.

Disseris egregiè, SCHÜTZI! dum pulpita scandis,
JURIS QVISQVE SUI, QVISQVE SIT ALTERIUS;
COMMODA qvæ jus his ferat; Et QVID ADOPTIO PRÆSTET.
Qvomodo RES omnes DIVIDAT Alma Themis,
Gratulor ex amino TIBI de Conatibus hisce,
Ut qvoqve ADOPTERIS mox ab honore precor!

Hicce lineolis Nobiliss. Dn RESPONDENTI, Affini suo manimò
Charo, astutissimoq; gratulab. applaudeb.

CHRISTOPHORUS REDEKER, J.U.D. & Reip. Rostoch. Consul.

Cum fera, qvæ densa Venantum septa Coronâ
Profugit in saltus, qvæs latitare qvæat,
Ire viam pergit, campos sylvasq; pererrans,
Caucasæs arces, Mense, SAGITTIPOTENS:
Non æris gravitas, non dumus, sudor & algor
Venantem retrahunt, dum capit usq; feras:
Hoc facis egregiè SCHÜTZI, eum nomine jungens.
Omen, dum studiis ponere membra placet:
Perge bonis avibus, ceptam contingere metam,
Et palmam meritam, non sine laude feres.

Nobil. atq; peregrinatio Dno RESPONDENTI, Amico, & Auditori quoniam
dam suo in Collego Instir. Industrio, hicce ex animo gratulatur

ALBERTUS WILLEBRANDT,

Dr. & Prof. Publ.

Aurea qvod lampas Tibi pectoris, optime SCHÜTZI,
Usq; inelarescit, Musa, Charisq; probant;
Scilicet ut celeri rotat incurvamine cœlum
Fulgida qvæ tristi sidera nocte micant:
Sic animus celebri flagrans molimine, fervoreq;
Ingenii rapidô fertur ad alta pede.
Macte tuis coepitis, & instanti insistito mete,
Sic Phœbus lauri cinget honore comas.
Et Te flammanti consultrix addet olympos
Diva, coruscantiq; igne nitere dabit.

Binis hicce prolixissimum Clere docto Dno RESPONDENTI,
Affini, ac auditori suo industrio testatur affectum

PRÆSES.

Non

Non poterat qvondam vesci Balearica proles.
Ante, Sagitta ipsi qvā meruisset olus;
Indicio solido, qvōd honorem sumere cuiquam
Haud liceat, virtus nō meruisset eum.
Id bellē servas, SCHÜTZI, lectissime Fautor,
Cum pharetrā Cathedram scandis, & inde meres.
Post descensurus, dignus diceris honore,
Pro' meritis tibuat qvem Tibi nostra Themis.

bisce

Nobilissimo Dno RESPONDENTI Magni Parentis filio,
Fautorē suo estimatissimo, meliori animo, qvā
calamo, gratulatur

JOH. ERNESTUS SCHAPERUS,

Med. Dr. Prof. Publ. & sua Facult.

P. t. Decanus.

SCHÜTZI num Leporem catulo sectare sagaci?
Ecce! Tibi desunt Venabula, Rete, Sagitta,
Aut qvocunq; feras Vénator adire solebat.
Ait hæc ingenii tantum præludia scribo;
Numquid, ego fallor, nomen meliora docebit?
Nempe Tua noluit nobis se condere Virtus,
Sed mage conspicuam siflit se clara Roseto;
Hinc Cathedram SCHÜTZI scandes & docta Theatras;
Orator, ut à teneris sic pergas currere cursum,
Venaturus sis, nitidam, Laurumq; , Piellam;

Paucis bisce Nobilissimo Dno RESPONDENTI singularem suum
affectionem publicè contestari voluit

JOH. BUKIUS. J. U. D.

& Consistorii Ducalis Fiscalis ac Adv.

Ord. ut & Civ. Patriæ

Senator.

Est deus : esse Patrum claro de sanguine natum,
Inter avosq; genus connumerare suum.
Verum si Virtus decorat, qvem Stemmatis ampli
Gloria nobilitat, gloria major erit;
Hoc tua testatum nunc dissertatio præsens,
Teq; sacris Themidos invigilasse, facit.
Gratulor ut geminæ SCHÜTZI virtutis honore
Exhilares Patrem, Teq; tuumq; genus.
Gratulabundus ex animo pauca hac
adjecit.

JOHANNES BARNSTORFF. J. U. D.



2925 ЯЧ

DE DIVISIONE RERUM & QVALITAT

mercio exempta esse, id sanè Consverudine Hodie Privatorum, (qvalia eosdem etiam in Cœmiteriis & Terris præter Frideric, Mindan, *De Interdict. in Pr. Tit. 2. n. 7.* entia abundè testatur. Tholos *Syntag. L. 33. c. 23. n. 10.* Q. 79. vers. *Locus*) Familiaribus & Hereditariis aliter se habendi in commercio esse censemur, ut ad Usum similem Familia in aliam possit transferre, excludò tamen & Hodili & profano Uju, Vid. L. 14. C. *De Legat.* Frantz. *Contra h. emt. n. 132.* Rhet. d. I. jung. Carp. P. 3. Dec. 289. nem. J. Eccl. d. l. in fin.

§. 9. Res sanctæ dicuntur à Sanciendo ne qvâdam pœnali à violatione sunt immune & contra hominum injurias munitæ. §. 10. If. subjicitur in L. fin. ff. eod. in Muris, qvos transflentes diuina afficit; Qvod, qvamvis alii ad Civitatem Romanam in qvè inde Viennæ ceu Sedi Imperatoriæ & Romæ Germaniæ tamen est, *De Jure Civili* pœnam etiam capitalem a municipalium spectare, per rationes à Dn. Strykio ad §. cui jungi possunt Dn. Rhet. d. l. Posit. 21. Strauch. *Diss. b. §. 9.* Hahn. b. n. 2. verb. *Sancta inibig. all. Ddres Add. Br.* §. 10. b. t. & Hæmon. *Diss. 4. qu. 5.* Moribus Hodie ad Castra & Propugnacula Principum extendunt, Be. Hahn. d. l. Eckholt. eod. §. 9. ita communiter distingunt tempore Belli (videtur enim illa Sanctio jure Militari suam. per. L. 3. §. 17. ff. *De Re Milit.* Brunnem. d. Ex. 6. §. stili vel Prædatorio animo transcendat Pro hoc casu *hodienum* etiam capitalem obtinere afferunt pacis tempore & vel ex levitate vel necessitate endam pœnam: Et hoc casu pœnæ arbitraria Fustigatio Carceris & Pœuniariæ locum relinqunt. Vid. Carpz. P. n. 20. Stryk. §. 9. f. b. t. inibique Ddres Rhet. d. l. Posit. 2 Philipp. in Us. Praet. f. L. 2. Eccl. 2. in fin. Menoch. De 483. Brunnem. ad L. fin. ff. b. t. inibig. all. Ddres.

§. 10. Res Humani juris, in Patrimonio dicuntur, circa qvashomines jus aliquod habent.



the scale towards document

69
ris
le,
ri-
m.
us
em
ff-
De
in-
O-
.t.
im
ce-
lie-
ve-
um
as,
rb.
1.6.
em
70.
vis
ere
IO-
; Et
rò
gi-
nis,
40.
1.4.
Caf
his
stu
vel